

- Is. 18,37* bitu rote facit radiis rota candida celum. Septem spatia quadrigae currunt referentes hoc ad cursum septem stellarum dierum presentium,
- Is. 18,38* quibus peractis vite terminus consu<m>atus est. Porro equites
- 255 singulares ideo currunt, quia singulariter cursum vite sue peragit atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen viam
- Is. 18,39* mortalitatis pergit usque ad propriam metam mortis. Desultores *Rome sunt qui usque ad finem cursus pergit et cum ad finem cursus venerat, desilierat et currebat; sive quod de equo in equum transiliunt.*
- Is. 18,40* 260 Pedites autem propterea pede currunt *quia Hercules uno subbalatu passus pede cucurrit.* Mortalitas ob hoc a superiori parte currit ad inferiora, id est ab oriente in occidentem, quia mortales moriuntur et occidunt. Nudi currunt, quia et homini in seculo nulle reliquie sunt.
- Is. 18,41,1* Recto spatio currunt, quia inter vitam et mortem nil distat. Circa
- 265 causas quoque elementorum ideo rubeos *Romani* currere decreverunt, quia estas ignei coloris est, et cuncta tunc flaviscant. Albos hieme, qui sunt glaciales, et frigoribus universa canescat. Vere prasinus viridi colore, quia tunc pampinus est / densatus. Item rubros currere Marti
- Is. 18,41,2 f. 62^{ra}* sacraverunt, a quo idem *Romani orti sunt.* Albos zephyris et serenis
- 270 tempestatibus, prasinus floris et terre, venetos aquis vel aeri, quia cereulei sunt colore, luctos, idest croceos igni et soli *porphireo* Hiri sacraverunt, quam arcum dicimus, pro eo quod plurimos colores habeat.
- Is. 18,42,1* Theatrum vero *Romanum* est quo scena includitur, semicirculi figuram habens, in quo stantes omnes aspiciunt. Cuius forma primum
- 275 rotunda erat, sicut et *nunc est* amphitheatri. Postea ex medio amphitheatro theatrum factum est. In theatro autem *populus Romanus* desuper stans ludos contemplabatur. Post ludum vero actum meretrices ibidem prosternebantur et pudor, *castitas et membra* illarum ibi publicarentur et ludibrio haberentur *Graphia-Libellus*
- Is. 18,42,2* 280 tam hi qui facerent quamque et *f. 36^r Kap. 2 (S. 340)* qui paterentur. Scena autem locus est a Romanis *factus* intra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orcistra vocatur; ubi
- Is. 18,43* 285 cantant comici traicique et saltabant histriones et mimi. Dicta

261 mortalitas *K* 262 oriuntur *Isid.* 263 secundo mille 268-9 Marti acra vōnt
271 luctos] luteos *Isid.* 271-2 Hiris acra verunt 275 Post eo 286 traicique *K*